



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

4. De jejunio Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

impediatur in nobis, utque novam vitam, ad mentis  
quam per illa regeneramur, vel augemur, per- junga-  
petuò tueri possimus. Oravit etiam Christus tur.  
pro suscepturis suum baptismum, ne ejuseffectu  
fraudentur, gratiasque egit Patri pro hoc ipso  
beneficio regenerationis in homines collato,  
proque alijs sibi proprijs. Nam & hæc pars o-  
rationis est actio gratiarum.

## MEDITATIO IV.

*Christus in desertum secedit, & jejunat.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**S**Tatim à baptismo se subducit in desertum.  
1. Quoniam tam mira circa ipsum in baptis-  
mo acciderant, docet vitandum esse plausum  
hominum. 2. Docet interiora potiora esse ex-  
ternis ceremonijs, qualis erat Joannis bap-  
tismus in aqua tantum, nec ut Pharisei faciebant:  
*Mundantes, quod de foris est calicis, intus autem  
pleni immunditia.* 3. Qui Spiritu plenus gusta- *Luc. II.*  
vit cælestia, avet se recipere ad illa amplius se- *31.*  
cum ipse pertractanda.

### PUNCTUM II.

**D**uctus est in desertum à Spiritu, ut Mat- Spiritus  
thæus: at Marcus: *& statim Spiritus ex- S. sequē-*  
*pulit eum in desertum:* haud dubiè Spiritus San- dus.  
ctus: non à spiritu vanitatis, aut sinistro alio  
ducebatur, ut nos: nempe, *qui Spiritu Dei Rom. 8.*  
*aguntur, 14.*

aguntur, hi sunt filij Dei. Ductus dicitur, quia sponte obsequens: expulsus, quia sine mora, & cum fervore. *Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia, & fortiter, simul, graviter, que disponit omnia.* Non in Jerusalem, sed in deserto desertum expulit, ut inter bestias ageret, uti Christus fuerat inter animalia natus. Utrumque agit ad

1. exemplum humilitatis, & quærens hominem
2. jumentis similem peccando factum. Deinde, quia is locus pœnitentiæ, & orationi erat aptus. Unde ascendebat oratio illius sicut *Virgula fumi, ex aromatibus myrrha & thuris.* Penetrat videlicet illa oratio cœlos, quæ à mortificatione, & incenso devotionis affectu procedit. Sic præparanda anima est, quando aliquod præcipuum est aggressura.

Sap. 8. 1.  
Cur in  
deserto

Christus.  
1.  
2.  
Cant. 3.  
6.

### PUNCTUM III.

1. **J**ejunavit quadraginta diebus & noctibus. 1. Suscepit hoc jejunium pro intemperantia primorum parentum, in cibo vetito gustando: deinde, ut doceret, ab initio spiritualis vitæ domandam esse gulam. 2. Jejunium hoc fuit rigidissimum, sine ullo cibo continuatum. Docemur, quàm strictissimè jejunare, quantum natura & vires ferunt, absque miraculo. 3. Fuit prolixum ad quadraginta dies, ad commendandam constantiam in operibus pœnitentiæ: Cujus exemplo observabo exactè quadragesimale jejunium, quadripartita intentione, juxta quatuor illius partes, nempe ad satisfactionem pro peccatis meis, in gratiarum

actio-

1.  
Gulam  
reprimit

2.  
Jejunium  
exactum.

3.  
Prolixum.

actionem pro beneficijs acceptis, ad impetrandas virtutes mihi maximè necessarias in præparationem beatæ Resurrectionis, in præmiu vitæ æternæ. 4. Jejunium hoc fuit suave, sufficiente vires Divinitate, ipsaque contemplatione molestiam omnem auferente: sicut & Elia & Moysi contigit: illi dum ad montem Dei Oreb pergeret, pane subcinericio reffectus, isti autem, dum colloquio Dei in monte Sinai frueretur. Ambo enim totidem dies absque cibo alio, potuve perdurârunt. Nempe pro eo, quod jejunium juvat, ac promovet orationis fervorem: ab hujus vicissim suavitate lenitur jejunandi labor & molestia.

4.  
Suave  
per ora-  
tionem.  
Exod. 34  
28.  
3. Reg.  
19. 8.

MEDITATIO V.

Christus tentatur à diabolo.

PUNCTUM PRIMUM.

**D**uctus est in desertum, ut tentaretur à diabolo. Exponit aliquando Deus viros perfectos tentationibus, ut in ipsis triumphet: Quia fidelis est, & non patitur nos tentari supra id, quod possumus, sed facit cum tentatione proventum. Solitudo est apta dæmonum insidijs. Sic etiam Evam aggressus est, cum sola ageret sine marito. Ideo olim non nisi probatis permittebatur vita Solitaria. Perinde verò est, quamvis in consortio multorum vivam, si tentationes celem apud me: ait enim

1. Cor.  
10. 11.  
Solitudo  
utilis.

Qs Sapiens: